

Il primo statuto di Spinale - 1410

Traduzione-riassunto in italiano del documento.

Nel nome di Cristo Amen. Mercoledì 11 giugno 1410 in Vigo di Preore, nel luogo ove si tiene la regola del monte Spinale. Presenti come testi: Domenico di Giovanni detto Battitori figlio del notaio Giacomo Finotti di Saone pieve di Bleggio, Antonio di Giordano di Stenico, Giovanni sarto fu mastro Pellegrino sarto, Francesco detto Malerba, figlio di Montenaro, Prevorio fu Nicolino questi due ultimi di Mondrone.

Sono presenti i parziari di Spinale delle ville di Binio, Larzana, Cort, Favrio, Vigo, Bolzana, Pez, Coltura e Airone per regolare l'uso della montagna e particolarmente la Selva dei conti, l'Aia della femmina, gli Ovli, Brenta e le Coste. Convocati dai saltari Antonio Floriani da Vigo e Domenico Parisi da Larzana sono presenti più di due terzi degli aventi diritto e cioè

(vedi testo latino)

Anche a nome dei loro vicini assenti, all'unanimità deliberarono il seguente statuto nel rispetto di Dio, della Madonna e dei Santi Vigilio e Faustino e di tutta la corte celeste, in onore del duca Federico governatore di tutto l'episcopato. Premettono che i confini di Spinale sono i seguenti: Almazzago (Monte Valiana) Bocenago, Fisto, Pinzolo, Stenico, Flavon e Monastero di Campiglio. Deliberano i seguenti capitoli:

- 1 - Chi sarà eletto console, saltaro o giurato dovrà prestare giuramento, pena 10 soldi.
- 2 - Chi sarà scelto dovrà andare a custodire il monte, secondo le disposizioni dei consoli.
- 3 - Se qualche forestiero sarà trovato in Spinale a far danni dovrà pagare 30 soldi.
- 4 - Se sarà trovata qualche bestia carica o qualche carro carico o no dovrà pagare 20 soldi.
- 5 - Il forestiero che condurrà sul monte Spinale cavalli, muli o asini, senza licenza dovrà pagare 30 soldi, con la licenza invece basteranno 20 soldi.

Questo statuto dovrà essere valido in eterno e tutti i parziari promettono di osservarlo a nome loro e dei propri discendenti impegnando in tal senso tutti i loro beni e quelli dei loro successori.

Lunedì 23 gennaio 1413 in Stenico sul dosso di Prei al banco della ragione sono presenti come testi il notaio Giacomo fu ser Giovanni da Comighello, il notaio Antonio fu Corrado, i fratelli notai Nicolò e Pellegrino fu Odorico. Davanti al notaio Giovanni da Bondo, assessore e Luogotenente di Paride da Lodrone vicario delle Giudicarie per il duca Federico compaiono Domenico Cavallini fu Vitto da Cort e Nicolò figlio di Bartolomeo Meiorini da Mondrone abitante a Favrio, come consoli del Monte Spinale a chiedere che fosse fissato un termine perentorio agli uomini delle Giudicarie che avessero intenzione di interporre ricorso contro i loro statuti.

L'assessore fissò il termine fino al prossimo 13 febbraio, incaricando della notizia il viatore Antonio da Prusa, che eseguì il mandato.

E nessuno essendosi presentato l'assessore dichiarò validi e giusti gli statuti e li confermò con la sua autorità, con quella di Paride di Lodrone e con quella della città di Trento, dando incarico di redigere il documento al notaio Bartolomeo Fontana di Saone.

Statuto di Spinale 1410 - (Documento cartaceo nel Comune di Bocenago) – versione in latino

Exemplum ex autentico relevatum..

In Christi nomine Amen. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo decimo, inditione tertia, die mercuri undecimo mensis Iunii, in Vigo comunitatis Praevorii, plebis Thioni, tridentinae dioecesis, in concilio ipsius comunis Praevorii in quo et supra qua fit concilium seu regula infrascriptarum villarum ac hominum et personarum partiariorum montis Spinalis (siti) supra monesterium Campelli.

Praesentibus Dominico filio Ioannis dicti Batatori olim ser Iacobi notarii de Finotis de Sahono plebis Blezii, Antonio filio Iordani de Stenico plebis Banali Tridenti dioecesis, Ioanne sertore fq. magistri Pelegrini sertoris, Francisco dicta Malerba fq. Montenarii, Prevorio fq. Nicholini his duobus villae Mondroni infrascripti loci Praevorii, omnibus suprascriptae dioecesis tridentinae; testibus notis et aliis ad hoc vocatis et rogatis.

Ibidem convenientibus et congregatis et coadunatis hominibus et personis infrascriptarum villarum comunitatis et universitatis Praevorii partiariorum montis Spinalis, videlicet: Binii, Larzanae, Curti, Favri, Vigi, Bulzanae, Petii, Culturae et Aironi, pro infrascriptis postis, statutis, ordinamentis faciendis et ordinandis ad statum et manutenendum montem Spinalis cum suis pascuis, videlicet: Silva comitum, Aiafeminae, Ovli, Brentae, et Costae cum omnibus suis connexis coherentiis et dependentibus ab eodem montis Spinalis, secundum eorum antiquas consuetudines videlicet in villa Vigi ubi dicitur ad Concilium in quo usus est fieri regula et concilium et omnia necessaria ipsi monti Spinalis et omnia ipsis necessaria faciendum, per vocem saltuariorum suorum videlicet Antonii fq. Floriani de dicta villa Vigi, Dominici dicti Parisii fq. Parisii de Villa Larzanae eiusdem loci Praevorii.

In qua quidem congregatione, conventionione et coadunatione interfuerunt plures quam duae partes, videlicet:

Primo Bartholomeus fq. Bernardi,

Simon fq. Pauli, pro se ipsis et vicinis eius praedicti de villa Aironi,

Petrus fq. Venturini,

Nasinbenus fq. Salatini,

Nicholaus fq. Manfredi,

Marchetus fq. Zulberti,

Iacobus q. Iuliani dicti Canzo, his villae Colturae,

Dominicus q. Chimini,

Fedricus fq. Desarii,

Nicholaus q. Guardini,

Tomeus q. ser Leuterii,

Iacobus fq. Alberti, his villae Petii,

Nicolaus dictus Saiton fq. Fedrici dicti Gusa,

Petrus dicta Fantonas fq. Delaidi,

Paulus sartor et Zulbertus fratres,

Benegnutus dictus Picavecla fq. Bartoli,

Antonius fq. Belardini,

Franciscus dictus Bolza fq. Iacobi,

Martinellus fq. Ioannis dicti Zochagnin,

Ioannis f. Petri Banali,

Iacobus fq. Bartholomei de Marchasana,

Blezotus fq. Mondini,

Nicolaus a capris, bis etiam villae Favri,

Marchetus et Vivaldus fratres et filii magistri Bertelli cerdonis,

Colinus fq. Cozae,

Antonius fq. Floriani saltuarius,

Bartholomeus Filius Thomei Sobrichi,

Petrus fq. Martini, his de Vigo,

Zulbertus fq. ser Petri Preti,

Antonius fq. Bartholomei dicti Malnasci,

Nicolaus fq. Guadagnini,

Ioannes fq. Castalani bis Villae Bulzanae,
Vivorius fq. Rivani,
Dominicus dictus Cavalinus fq. Vitti,
Ioannes fq. Dominici dicti trovelini, his villae Curti,
Dominicus dictus Parisius saltuarius,
Prevorius fq. Bartholomei, his de Larzana,
Tyberius cerdo fq. Boni de Cerana habitator infrascriptae villae Vigi,

omnes praenominati suprascripti loci Praevorii pro se ipsismet ac nomine et iure omnium aliorum vicinorum absentium nemine eorum discrepante, unanimiter, concorditer ac spontaneis voluntatibus, animis claris et vultibus serenis, fecerunt, statuerunt, ordinaverunt ac creaverunt infrascriptas postas, statuta, usus, et ordinamenta ad reverentiam omnipotentis Dei eiusque virginis Mariae Matris et beatorum sanctorum Vigili et Faustini eorum patroni, et totius curiae coelestis Amen; et ad honorem illustrissimi et excelsi D.D. Fedrici Dei gracia ducis Austriae, Carinthiae, Corniolae, Styriae et Tyrolis comitis nec non Ecclesiae Tridentinae defensoris et gubernatoris et totius episcopatus Tridentino domino degnissimo; et ad statum hominum et personarum partiariarum infrascripti montis Spinalis, ad manutenendum montem Spinalis cum omnibus suis connexis coherentibus et dependentibus ab eodem. Quorum Spinalis Silvae comitum, Aiafeminae, Ovli, Brentae, Costae tales dixerunt, designaverunt, statuerunt et ordinaverunt esse confines: apud homines de Val Mazago seu montis Valianae et apud bomines de Bocenago, apud homines de Fisto, Pinzolo, seu eorum montes, et apud comunitatem villae Stenici, et apud homines de Flavono vallis Ananiae seu eorum montes, et apud monesterium Campelli.

Et primo statuerunt et ordinaverunt quod si aliqua persona dictarum villarum seu partiaria ipsorum montium Spinalis quae fuerit electa per consules et homines ipsorum villarum et partiariarum ipsius montis pro consule seu saltuario aut iurato, illico dicta electione facta iurare debeat offitium consulariae aut saltariae; et qui neglexerit et contrafecerit solvat et solvere debeat decem soldos denariorum tridentinorum totiens quotiens contrafactum fuerit et nihilominus teneatur iurare poena praedicta.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si qua persona ipsarum villarum quae fuerit electa per consules ipsorum montium, illico cum fuerit ei denuntiaturum per consules seu saltuarios ad eundem in ipso monte pro custodiendo ne damnificetur, ire debeat ad custodiendum ipsum montem modo et forma prout sibi dabitur per consules, et qui contrafecerit et inobediens erit solvat et solvere debeat ipsis consulibus XX soldos denariorum tridentinorum totiens quotiens contrafactum fuerit.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliqua persona forensis inventa fuerit in ipso monte Spinalis seu in aliqua parte ipsius montis videlicet in Silva comitum, Aiafeminae, Ovli, Brentae, Costae incidendo, buscando aliqua ligna seu dovas faciendo aut aliquod damnum inferendo in ipsis montaneis solvat XXX denariorum tridentinorum ipsis consulibus totiens quotiens inventa fuerit.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis equus, equa, mullus, mulla, asinus aut asina aut aliqua bestia ponderata seu plastrum ponderatum sive non de dovis seu lignaminibus ipsius montis inventi fuerint per consules, saltuarios aut iuratos et in eius pertinentiis solvat et solvere debeat XX soldos denariorum pro qualibet vice qua inventi fuerint.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliqua persona forensis duceret seu duci faceret equum, equam, mullum et mullam, asinum et asinam in ipso monte aut in aliqua parte ipsius sine verbo et licentia hominum seu consulum ipsius montaneae Spinalis solvat et solvere debeat XXX soldos denariorum tridentinorum pro qualibet bestia totiens quotiens reperta fuerit; et si aliquis duceret aliqua bestiamina ex praedictis cum verbo et licentia dictorum hominum et consulum ipsius montis, solvat tamen XX soldos denariorum tridentinorum ipsis consulibus pro qualibet bestia et qualibet vice.

Quae omnia et singula suprascripta postae, statuta et ordinamenta fecerunt, statuerunt, ordinaverunt suprascripti homines et personae praenominatarum villarum partiarii infrascripti montis Spinalis et eius pertinentiarum pro se ipsis et nomine et vice omnium aliorum suorum vicinorum ad manutenendum, conservandum ipsum montem Spinalis intra praedictos suos confines et iura ipsius cum omnibus suis connexis choherentibus at dependentibus ab eodem et voluerunt (statuta) perpetua valitura. Promittentes per se et eorum haeredes et successores suos sibi ad vicem et vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde

intervenientibus omnia et singula suprascripta perpetuo firma rata grata perpetuo habere tenere observare et adimplere et executioni mandare et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel caussa vel ingenio de iure vel de facto et contranolenti venire seu opponere (non) confirmare sub pena iuris et totius damni, dispendii interesse et expensas quae unus occasione alterius sine culpa pateretur in iudicio vel extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, observandis, executioni mandandis obligaverunt sibi ad invicem et vicissim omnia eorum bona et successorum suorum.

* * *

Item anno domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo tertio decimo, inditione sexta, die lunae vigesimo tertio mensis ianuarii in Stenico, plebis Banali, super dosso Preii sub domo iuris ad banchum solitum iuris presentibus: Iacobo notario fq. ser Ioannis de Cumigello, Antonio notaro fq. Coradi, Nicolao et Piligrino fratribus notariis fq. Odorici notarii, praedictis de dicto Stenico, testibus omnibus notis in iudicio et aliis pluribus. Ibidem coram prudente prudente viro ser Ioanne notario de Bondo, assessore et locum tenente nobilis viri domini Parisii de Lodrone vicarii generalis Iudicariae pro ill.mo et excelso domino domino Fedrico duce Austriae, Stiriae et Tyrolis comite nec non Ecclesiae Tridentinae advocato et defensore et () tridentino domino dignissimo, comparuerunt Dominicus Cavallini fq. Vitti de Curto, Nicholaus filius Bartholomei Meiorini de Mondrone habitator Favri tamquam consules ipsius montis Spinalis et eius pertinentiis naraverunt coram ipso assessore quod homines praenominatarum villarum partiariarum montis Spinalis certas composuerunt postas et statuta et ordinamenta fecerunt causa manutenendi infrascriptum montem Spinalis, Silvae comitum, Aiafemminae, Ovli, Brentae, et Costae et omnia pendentia ab eodem et cum maxima instantia petierunt et postulaverunt quantum iuris remedii et omni modo via iure et forma quibus potest et debet statuere locare et assignare terminum perempiorum omnibus et singulis personis vallium Iudicariae sua putantibus interesse et contradicere vellent ne infrascriptae postae confirmerentur et pronuntiantur validae et iustae. Qui dominus assessor tamquam iustitiae cognitor et considerans quod iuste petentibus non est denegandus assensus, ad instantiam et petitionem suprascriptorum Nicolini, Dominici Cavallini consulum et consulario nomine antedictis, terminum statuit et locavit et assignavit omnibus et singulis personis vallium Iudicariae sua putantibus interesse (quatenus) praecise peremptoria et inclusiva hinc ad diem lunae tertio decimo mensis Februarii proxime futuri infrascripta loco iuridico hora causarum compareant et comparere debeant coram eo assessore ad videndum confirmari approbari suprascripta statuta postae et ordinamenta pronuntiare valida iusta rationabilia seu ad contradicendum et de iuribus suis docendum alioquin nullis comparentibus affirmabit pronuntiabit iusta valida omnia suprascripta secundum formam iuris et praecepit Antonio de Prusa viatori curiae Iudicariae qui praedicta proclamet, praeconizet. Qui Antonius volens mandatis assessoris obedire, (praedicta) proclamavit et praeconizavit semel, bis et ter quater et pluries, qua proclamatione sic facta idem Antonius sic mihi rettulit ambasiatam et con () ().

Item anno inditione loco et testibus infrascriptis et aliis quam pluribus in iudicio. Ibidem coram suprascripto domino Ioanne assessore comparuerunt suprascripti consules et consularibus nominibus antedictis volentes semper formam () infrascripta et suprascripta ad hanc diem locum et horam locari et stabiliri proclamari fecerunt per suprascriptum Antonium viatorem semel bis et ter et pluries de mandato domini assessoris, si ibi aderant aliquae personae sua putantibus interesse et contradicere vellent ne per infrascriptum dominum assessorem confirmerentur approbentur infrascripta postae statuta et ordinamenta valida iusta et rationabilia et omnia admittenda. Qua proclamatione sic facta nemine comparente, idem dominus assessor, visis perlectis et plures dies examinatis et super his habita solempni deliberatione, instantibus et presentibus infrascriptis consulibus, nominibus quibus supra, confirmavit approbavit validavit afirmavit et pronuntiavit omnia et singula suprascripta statuta postas ordinamenta facta per suprascriptos homines suprascriptarum villarum partiariarum ipsius montis Spinalis et dependentibus ab ipso et dixit ea esse valida iusta rationabilia et omnia observanda et ea admisit tamquam (iusta)

(quia idem praefatus) assessor suam auctoritatem et domini Parisii ac (comunis) civitatis Tridenti et iudiciale decretum interposuit et decrevit ac mihi Bartholomeo notario infrascripto praecepit ut de praedictis publicum debeam conficere instrumentum ad perpetuam rei memoriam.

Et ego Bartholomeus f.ser Nicolini notarii olim ser Bomei a Fonte de Sahono plebis Blezii publicus imperiali atque apostolica sede tabellio auctoritate constitutus his omnibus suprascriptis interfui et ea de mandato et iussu suprascriptorum hominum partiariarum montis Spinalis et dicti domini assessoris praedicta scripsi et me rogatus subscripsi.